minus vero octo pedibus absolvitur; hic cavum iterum decre- scit, ita ut latera sub angelo quadraginta quinque gr. a linea verticali declinent, usque dum cavitas adhuc parumper sit major lumine superiori, nunc adhuc aliquantulum diametri minuuntur, usque ad fundum, ubi focus in circa orificio superiori par est. Regio ab orificio superiori usque in medium dicitur caminus, a medio usque in eum locum, ubi declinatio parietum definit, dicitur saccus, inferior cavitas appellatur focus q).

q) In Suecia fornaces plerumque rotunda gaudent figura, quæ semper fornacum optima est, sed in reliquis circumstantiis cum Nassovicis fere conveniunt.

Egregiam iconem, quæ satis exacte fornacem Nassovicam præsentat, si quis videre cupit, evolvat exitium & non satis laudandum Opus *l'Art des Forges & Fourneaus à Fer*, supra jam citatum Sect. III. Tab. I. Fig I. & II. nihil in hac figura a figura fornacum Nassovicarum recedit, nisi focus, qui in Nassovia non adeo angustus nec profundus es.

Proportio conveniens in fornacum constructione ubivis observanda est. Caminus, si nimis angustus, ignis non tanta vi agree potest, quanta necessaria est; si nimis vastus, ignis avolat, & non sat in mineras agit, quia ventus nullibi retinetur, & sine actione per orificium exit; fabrimurarii etiam faberrimi quidem mensuram & proportionem norunt; sed causam quare ignorant, & sem-

## ∞ ( 27 ) ∞

Figuram vero quadrangularem tota fornax in fun- ◻ dum usque servat; excepto, quod hæc figura, uti ◻ dixi, major minorve reddatur. Magnitudo forna- ◻ cis alias ad usum & multitudinem ferri, quod in ◻ certo temporis spatio fundere volumus, se referre ◻ debet. Fornax in plano obliquo locum habet, ita ◻ ut sola humo, sine scala ad orificium superius ascen- ◻ di possit, & infra ante focum quoque planum quod- ◻ dam sit, in quod modulus effodi, & fer- rum emitti ◻ queat. Demum observandum est, in altero late- ◻ rum longiore foci, planum modo dictum respicien- ◻ te, aperturam quandam magnam relinqui debere, ◻ quæ latitudinem foci exacte referat, quatuor vero ◻ pedes alta sit. Fusio si inchoatur, hæc aper- tura ta- ◻ bula quadam lapidea, sed non tota, clauditur : ver-

## D 2

per morem veterum sequuntur, hinc adhuc multa in ope- re fuso- ◻ rio Nassovico forsitan emendanda essent : si modo omnia rite exa- ◻ minentur, nihilominus res metal- lica ibidem locorum summe flo- ◻ ret, & toti regioni, & terris circumjacentibus magnum quæstum ◻ affert. Qui ceterum doctrinam de fornacibus fusoriis plenariam ◻ legere cupit, evolvat *Reg. subterran.* SWEDENBORGII, & *l'Art ◻ des Forges & Fourneaux à fer* ; in his Tractatibus omnia inveniet, ◻ quæ ad hanc rem scitu necessaria sunt.

## ∞ ( 28 ) ∞

fus fundum enim foci apertura manet, per quam ◻ scoriæ extra- huntur. Hæc apertura in latitudinem ◻ duorum pedum porrecta, unum vero pedem in al- ◻ titudine efficit : ante hanc aperturam vallum est, ◻ quod effluxum metalli impedit ; in fundu hujus ◻ val- li illud foramen est, quod tempore emissionis ◻ ferri aperitur. Hunc fornacis locum perspicuitatis ◻ gratia *forum externum* dico.

## §. VII.

Aliud præterea instrumentum necessarium est, ◻ nimirum

folles ; eum enim ignis fusorius maximam ◻ requirat agitationem , hæc agitatio vero mediante ◻ aëre perficiatur , evidens est, machinam esse ne- ◻ cessariam, quæ aërem in fornacem pellat. In Sue- ◻ cia & alibi utuntur follibus ex affamentis ligneis stru- ◻ ctis r) ; forsân hi folles fundendo molli ferro pares

- r) Folles lignei quoque in Nassovia in officinis argenti & cupri fu- ◻ soriis in usu sunt ; ob frictionem follis partium lentissime compri- ◻ muntur; maxime commodi sunt , ubi non festinatur : sed quia in ◻ fusione ferri Negociatores participantes magni numeri sunt , qui- ◻ vis præterea in brevi temporis spatio magnam metalli copiam fun- ◻ dere ardet , omni studio festinant & opus urgent. Ideo folles co- ◻ riaceos præ aliis eligunt , quoniam sine dislosiones periculo in

∞ ( 29 ) ∞

sunt; spirant quidem ventum fortem continentem, ◻ sed cum aër inclusus, si spatium internum continue ◻ diminuitur, magis magisque versus parietes ligneos ◻ premat, hi parietes vero nullo modo cedere pos- ◻ sint, sed aëri pertinacissime resistant, clarum est, ◻ hos folles in juncturis omnibus exactissime concin- ◻ nandos esse. Sed quis ignorat, quod in ejusmodi ◻ artissimis juncturis frictio maxima sit ? inde major

D 3

ignem fæviunt. Ars folles fusorios parandi in Nassovia arduum ◻ opus est , & ejusmodi artifex præprimis colitur. In Opere futu- ◻ ro hanc artem distincte describam. Cl. SWEDENBORG in *Regn.* ◻ *subterr.* p. 23. & sqq. nec non in *Tab. III.* folles Suecicos descri- ◻ bit & delineat ; figura exacte cum figura follium Nassovicorum ◻ convenit, nisi quod folles Nassovici majores sint. De forma ven- ◻ tilatoria multa notatu digna Illustr. Auctor profert pag. 26. & seq. ◻ Verba , quæ ibidem extant , mihi

summe arriserunt: *Successus*, ◻ *inquit, liquationis multum dependet a directione venti ; folles enim ◻ & ventus pulmonum & animæ instar sunt ; calor vero vitam re- ◻ præsentat , nisi pulmones salubres & integri, & liber transitus ani- ◻ mæ relictus , calor vitalis facile extinguitur.*

Nihil in descriptione & delincatione follium ligneorum vincit ◻ Cl. REAUMURII *Libellum memorialem*,<sup>27</sup> *Tractatus l'Art des Forges ◻ & Fourneaux à Fer* insertum , Sect. II. pag 20. icones adeo pul- ◻ chræ & exactæ sunt , ut nihil amplius hac in re desiderari possit.

∞ ( 30 ) ∞

<sup>27</sup> Réaumur, René Antoine Ferchault de: *L'Art de convertir le fer forgé en acier, et l'art d'adoucier le fer fondu ou de faire des ouvrages de fer fondu aussi finis que de fer forgé*. Paris: Brunet 1722, 566 S., 17 Taf. ; 4-o. – Vgl. auch Caroli de Cisternai du Fay [oft auch Dufay; geb. Paris 14.09.1698, gest. ebd. 16.07.1739], *Ober-Aufsehers des Königl. Kräuter-Gartens zu Paris ... Anmerckungen über verschiedene mit dem Magnet angestellte Versuche: Welche Er Bey der Königl. Academie der Wissenschaften zu Paris in den gewöhnlichen Versammlungen ehemals öffentlich abgelesen. Denen zugleich die in der Historie dieser Academie befindliche Einleitungen von dieser Materie, Wie auch des Herrn von Reaumur Versuche, womit er beweiset, Daß der Stahl und das Eisen leichtlich magnetisch werden, wenn man sie gleich mit keinem Magnet bestrichen, beygefüget worden. Aus dem Frantzösischen in das Teutsche übersetzt*. Erfurth: Weber 1748, 196 S., [13] Bl., Ill. – *Anmerckungen über verschiedene mit dem Magnet angestellte Versuche: Welche Er Bey der Königl. Academie der Wissenschaften zu Paris in den gewöhnlichen Versammlungen ehemals öffentlich abgelesen: Denen zugleich die in der Historie dieser Academie befindliche Einleitungen von dieser Materie; Wie auch Des Herrn von Reaumur Versuche, womit er beweiset, Daß der Stahl und das Eisen leichtlich magnetisch werden, wenn man sie gleich mit keinem Magnet bestrichen beygefüget worden* Carolus de Cisternai DuFay. Erfurth : Weber, 1748. 23.02.1723 fand der Versuch Réaumurs hier statt.

vis movens, major inde quantitas aquæ ad folles ◻ movendos, tandem omnibus hisce concellis, si vis ◻ movens nimis intenditur, nullum lignum, licet ◻ fortissimum, aëri summe elastico resistere potest, ◻ sed fissuras agit, sive penitus disploditur; hinc pa- ◻ tet, folles ligneos quidem spirare ventum, qui sem- ◻ per æquali cum impetu agit, sed fortitudinem nun- ◻ quam illum gradum vehementiæ acquirere, quem ◻ folles coriacei dare possunt. Hi enim folles pressio- ◻ nem vimque motricem maximam admittunt: co- ◻ rium aliquomodo cedit, & facillimi sunt pressu, ◻ ictibus venti ignem summe agitant, lenioribus re- ◻ missionibus vero guttam fusoriam, de qua infra ul- ◻ terius, facilius descendere sinunt. Longitudo ho- ◻ rum follium in Nassovia circa sedecim pedes una ◻ cum acrophysiis efficit. Duo requiruntur sufflato- ◻ ria, quæ juxta se invicem posita, alternatim axe ◻ quodam aqua circumactio premuntur, superne vero ◻ pondere quodam, cessante pressione, iterum sursum ◻ trahuntur. Duo follium acrophysia, quorum utrum- ◻ que orificio, cujus lumen rotundum digitum trans- ◻ versum cum dimidio in diametro efficit, gaudet, in ◻ conum quendam metallicum, in muro fornacis ho-

∞ ( 31 ) ∞

rizontaliter situm terminantur s), cujus apex obtu- ◻ sus perforatus lumine gaudet æqualis magnitudinis, ◻ luminibus acrophysiorum simul sumtis. Hic conus ◻ dicitur *forma ventilatoria*, ventum in unum coar- ◻ ctat, & horizontaliter versus parietem oppositum ◻ trudit. Sed probe notandum est, quod folles on ◻ versus *focum externum* dirigantur; hic enim focus in ◻ latere majori quadrati oblongi fornacis est; folles ◻ vero in eo latere ponuntur, ubi quadratæ ejusdem ◻ figuræ latus brevius est, & ita locati sunt, ut fer- ◻ rum fusum quidem ad *formam* usque ascendat, sed ◻ nunquam in eam influere posit: itaque Æolus im- ◻ mediate supra focum fævit.

---

s) *Forma ventilatoria* in principatu Siegenensi ex ferro cuso & cu- ◻ pro paratur; ut majorem inde calorem ferre posit, ventus præ- ◻ terea, qui continue per hanc formam transit, eandem refrigerat, ◻ ita ut nunquam plane cande-

Nicht kopieren

scat. Ratione figuræ adhuc observan- ◻ dum est, quod in altero latere applanata sit, ut firmum habeat si- ◻ tum. Nullibi in scriptis figuram exactam formæ ventilatoriæ in- ◻ venire potui. Descriptiones *formæ ventilatoriæ* in Tractatu *l'Art ◻ des Forges & Fourneaux à Fer* Sect. II. Part. II. nec non in *Regn. ◻ subterr.* §. I. pag. 25. & seq. legi possunt.

∞ ( 32 ) ∞

§. VIII.

Præmisso nunc præcipuo fusionis apparatu, ad ◻ ipsum opus transgredior. Ad regimen cujusvis for- ◻ nacis tres requiruntur fusores, qui versus autumnum ◻ domicilia sua relinquunt, seque in officinas fusorias ◻ recipiunt, omnia visitant & reficiunt ; omnibus nunc- ◻ ce præparatis, fornacem carbonibus folis implent, ◻ hosce carbones accendunt , sed folles quiescunt, ◻ orificium vero superius obtegunt, sicque fornacem ◻ per septimanam calefaciunt t). Cum hac calefa-

ctione

- 
- t) Calefactio fornacis ideo requiritur, ut calor statim in principio ◻ fusionis summam vim habeat, cujus magna pars alias parietes ◻ abiret. vide *Celeb. WALLERII Metallurg.* pag. 277. ubi Auctor ◻ differentiam inter furnum calidum & frigidum ponit , & asserit, ◻ furnum frigidum calefaciendum esse. De more *Suecico* fornacem ◻ calefaciendi conf. SWEDENBORG *Regn subterr.* §. 1. pag. 30. ◻ In *Suecia* enim juxta hunc Auctorem fornacem carbonibus & pau- ◻ cissimis mineris implent, hinc inde vero prunas illis immiscent, ◻ tunc omnes aperturas & rimas obturant, & hoc modo per ignem ◻ mortuum fornacem calefaciunt ; sed nullam causam hujus en- ◻ chei- reos perspicio ; ignis enim nudus & aliquomodo aper- tus me- ◻ lius huic scopo inservit.

∞ ( 33 ) ∞



ctione simul & ustulatio minerarum inchoatur : for- □ nace cale-  
facta instituitur fusionis opus. Immittun- □ tur primo fornaci circi-  
ter quadrigentæ libræ car- □ bonum ; super hoc stratum quingentæ  
libræ in cir- □ ca Minerarum ustulatarum iterum quadrigentæ li- □  
bræ carbonum superingeruntur, quos rursus quin- □ gentæ libræ  
Minerarum exipiunt. Hac ratione □ stratum super stratum fornax  
repletur ; sed nullam □ calcem Nassovienses immittunt, nec ullam  
substan- □ tiam calcareæ indolis : Mineræ enim ambæ sibi □ ipsis  
sufficientes solis carbonibus funduntur u).

## E

- u) Cl. WALLERIUS in Libro modo citato p. 278. inquit , raro  
vel □ nunquam mineram solitariam ingeri, sed simul a-  
dhiberi , vel la- □ pidem calcareum ad promovendam fu-  
sionem (*hoc in Nassovia pla- □ ne nunquam sit,*) vel a-  
lius generis lapides, (*hoc quoque ibidem □ omittitur,*) vel  
diversas commisceri mineras debent. Hoc ul- □ tum  
subinde in usu est : si mineræ non fatis facile in fluxum  
□ pronæ sunt, tunc immiscent illis mineras, quæ fluxum  
facilitant. □ Scoriæ vero nunquam mineris adjunguntur.  
SWEDENBORG in □ *Regn. subterr.* asserit , *Roslagienses*  
& *alios nulla calce in fusione □ uti, quia calcareus lapis*  
*ipsi vena intertextus sit.* Hinc miror, □ WALLERIUM di-  
cere, raro vel nunquam mineram solitariam in- □ geri.  
Hanc ergo qualitatem mineræ *Siegenenses* cum *Rosla-*  
*giensi- □ bus* communen habent.

## ⌘ ( 34 ) ⌘

Nunc follium motus incipit, ventique iteratis re- □ percussionibus,  
gemitibus, mugitibusque horren- □ dis per totam massam fremunt;  
tandem gyris ra- □ pientibus, stygiis cum flammis, per orificium  
su- □ perius erumpunt, & maximo cum impetu altas in □ auras  
ruunt. Sic omnes carbones per totam for- □ nacem accensi mineras  
igniunt. Sed quid in foco □ tunc temporis fiat, res altioris indaginis  
est: cum □ enim immediate supra focum vasta illa fornacis re- □  
gio, i. e. saccus desinat, itaque fornacis parietes ar- □ ctius ad se  
accedant : ibidem Mineræ nunc aliquo- □ modo molles & cohæ-

rentes fornicem quendam for-<sup>o</sup> mant. Carbonibus primis combustis Mineræ im-<sup>o</sup> mediate supra *formam ventilatoriam* fornicem forman-<sup>o</sup> tes, liquefieri incipiunt; quo magis liquefiunt, eo

In ferrifusionibus Gallicis non minus fluxus calcareus mineris ad-<sup>o</sup> jicitur. vid. *l'Art des Forges & Fourneaux à Fer* Sect. III. p. 12. <sup>o</sup> ubi Illustres Autores dicunt : *La charge est composée d'une certaine<sup>o</sup> quantité de mine de charbon & de castine ; la castine est une ma-<sup>o</sup> tière très - essentielle* &c. hæc Castine est substantia calca-rea, quæ va-<sup>o</sup> ria est, secundum naturam minerarum & consuetudinem loco-<sup>o</sup> rum. Cum itaque in mineris Gallicis iterum hic fluxus necessa-<sup>o</sup> rius sit, quoque a natura minerarum Nassovicarum ut discrepent <sup>o</sup> necesse est.

∞ ( 35 ) ∞

magis descendunt, & in venti ictus incidunt. Jam <sup>o</sup> quovis venti ictu gutta metalli crassa ad mensuram <sup>o</sup> pugni ex fornice revellitur, & versus latus opposi-<sup>o</sup> tum truditur ; ibidem conquassata venti remissione <sup>o</sup> in focum cadit. Hanc guttam jam supra *guttan fu-<sup>o</sup> sorianam* appellavi, quæ omnia optime per ipsum *formæ<sup>o</sup>* <sup>o</sup> orificium observare poteritis v). Itaque primum <sup>o</sup> Minerarum stratum horæ unius spatio guttatim in <sup>o</sup> focum descendit, ibique liquida in forma undulat. <sup>o</sup> Stratum nunc secundum carbonum fere consumtum,

E 2

v) M. le Marquis DE COURTIVRON & M. BOUCHU rem non minus <sup>o</sup> exacte recensent in opere jam sæpius laudato, *l'Art des Forges &c.* <sup>o</sup> in Sect. III. pag. 14. dicunt: *C'est un spectacle fort singulier , que<sup>o</sup> celui qui s'offre, lorsqu'on est placé dans l'embrassure de la thuyère ;* <sup>28</sup> <sup>o</sup> *il en coute d'abord quelque chose aux yeux, mais ils*

<sup>28</sup> la tyère : Düse, Strahldüse.

*s'accoutument* ◻ *insensiblement à soutenir la grande lueur, qui les a fatigués, la prunelle se referre, elle ne donne plus entrée à une si grande quantité de lumière. Les bouts on les buzes des soufflets n'occupent pas tout l'espace de la thuyère ; cela est à propos même ; à côté de ces buzes on aperçoit ce qui se passe dans l'intérieur du fourneau : tantôt on voit des morceaux de charbon, tomber des grains de mine ; tantôt on voit des grains de mine, qui s'allongent, & qui ensuite laissent tomber une goutte, à peu près comme la cire d'Espagne, que l'on fait fondre sur la chandelle ; & tout cela avec certaines variétés.*

∞ ( 36 ) ∞

sublato primo Minerarum fornice, in superficiem ◻ ferri fluidi in foco, decedit, metallum principio in- ◻ flammabili adhuc ulterius imbuit, in cineres ver- ◻ sum & scorificationem perficit. Dum hoc fit, al- ◻ ter Minerarum fornix jam paratus stillare incipit, ◻ nullum fere temporis intervallum duorum fornicum ◻ formationem intercedit. Sic quavis hora in circa ◻ 500 Minerarum libræ funduntur, quæ ut plurimum ◻ 250 libras metalli largiuntur. Præterlapsis sex ho- ◻ ris focus plenus est. Per hoc temporis spatium fu- ◻ sores semper per *focum externum* in facie fornacis me- ◻ talli a scoriis mundant & despumat. Foco pleno, ◻ formant in plano arenose ante focum longam fos- ◻ sam prismaticam, cujus extremitatum una imme- ◻ diate aperturam, in fundo foci luto arenaque obtu- ◻ ratam, tangit. Tunc vero aperturam aperiunt, ◻ prorumpit metallum fluidum summo impetu, tor- ◻ rentis instar per totam fossam undulat, ventus fo- ◻ co inclusus flammis lanceolatis per aperturam ulu- ◻ lat. Ferrum nunc in modulo prismatico refrigerescit, ◻ & hæ metallicæ moles prismaticæ dicuntur Goosen,<sup>29</sup>

∞ ( 37 ) ∞

quarum una mille & quingentæ ad duo millia librarum ◻ gravis est; fossa vero sive modulus in medio colli- ◻ culum quoddam ha-

<sup>29</sup> Ortsnamen in Brandenburg: Gosen = Backöfen.

bet, hinc goosæ ibidem loci te-<sup>o</sup> nues solo ictu franguntur , ut facilius ab uno loco<sup>o</sup> ad alterum transportari possint. Ex *Minera* vero<sup>o</sup> *alba* ferrum quod funditur , non in modulos pris-<sup>o</sup> maticos, sed planos emittitur; hinc hæ goosæ sem-<sup>o</sup> per assamenta crasse referunt , & **Stahlkuchen** di-<sup>o</sup> cuntur, qui unam & quartam partem pedis lati, <sup>o</sup> quindecim circiter longi, & quintam pedis partem<sup>o</sup> crassi sunt. Durante hoc tempore singulis horis in<sup>o</sup> orificium superius ingeruntur carbones & mineræ:<sup>o</sup> sed certis quibusdam encheiresibus, quas recensere<sup>o</sup> opus est, explorat fusor baculo quodam *w*) vacuum<sup>o</sup> fornacis superius , an mineræ fatis descenderint, ut<sup>o</sup> aliæ superingeri possint; quod si obtinet , corbes<sup>o</sup> carbonum duæ, quas **Zayn** dicunt, primo injiciun-<sup>o</sup> tur; quævis corbis ducentas libras carbonum con-<sup>o</sup> tinet: itaque quadringentæ libræ carbonum una

E 3

*w*) Hic baculus angulum rectum refert, & cujus alterum crus pro<sup>o</sup> manubrio est, alterumvero ad ementiendum vacuum pro nova<sup>o</sup> impletione sat longum est.

⌘ ( 38 ) ⌘

vice pro strato inserviunt *x*). Ingestis nunc car-<sup>o</sup> bonibus longo quodam longurio ligneo carbones in<sup>o</sup> fornace disperguntur , ne in uno quasi cumulo ja-<sup>o</sup> ceant, sed ubivis horizontaliter fornacem repleant.<sup>o</sup> Mineræ ustulatæ ante orificium fornacis in plano<sup>o</sup> quodam ligneo , hoc orificio , circa duos pedes in-<sup>o</sup> feriori , mal-<sup>o</sup> leis comminutæ jacent. In latere op-<sup>o</sup> posito orificii fornacis tabula quædam ferrea , ali-<sup>o</sup> quantum a linea verticali reclinata posita est , fusor<sup>o</sup> pala quadam ex lamina ferrea parata, in circa sex<sup>o</sup> li-<sup>o</sup> bras mineræ continente, mineras versus illam ta-<sup>o</sup> bulam conjicit , itaque frustra majora prius deci-<sup>o</sup> dunt , pulvis vero sequitur ; eadem encheiresi fit, <sup>o</sup> ut latus fornacis , ubi tabula est, primo pepleatur, <sup>o</sup> mineræ simul ut ibi quasi collem forment. Itaque<sup>o</sup> quovis jactu semper majora minerarum frustula<sup>o</sup> prius fundem petunt , super declivem collem de-<sup>o</sup> currunt : hoc modo obtinetur, ut majora frustra ma-<sup>o</sup> jorem ignem , & vice versa, experiantur. Hæc me-<sup>o</sup> thodus mineras injiciendi adeo magni momenti est,

- x) Quævis corbis gaudet quatuor manubriis, quibus à duobus viris ◻ robustis portatur.

∞ ( 39 ) ∞

ut pro vero signo boni fusoris habeatur, si eandem ◻ rite intelligat y).

§. IX.

Recensui methodum Nassovicam ferrum fun- ◻ dendi, qua duo illa Minerarum Siegenensium ge- ◻ nera æque tactantur : in iisdem fornaci bus , iisdem ◻ carbonibus, iisdemque encheiresibus ambo fundun- ◻ tur. Sed metallum, quod effluit , diversa habet ◻ signa, quæ indicant, metalla, uti & mineras esse ◻ diversæ indolis. Hæc signa per totam fusionem se- ◻ se manifestant ; ferrum enim ex minera alba flui- ◻ dius & magis albicans apparet: e contrario ferrum ◻ ex minera rubra tenacius fluit, & aliquomodo ru- ◻ bescit. In statu fluido scoriæ es minera alba purio-

- y) De methodo Suecica venam imponendi vide SWEDEN- BORG ◻ *Regn. subterr.* §. I. pag. 33. De methodo Gallica M. DE COUR- ◻ TIVRON & M. BOUCHU *l'Art des Forges & Fourneaux à Fer* ◻ Sect. III. pag. 12. & 13. Regulas in impositione minerarum obser- ◻ vandas tradit WALLERIUS in *Elem. suis metallurgicis in Metallurg.* ◻ *chem.* pag. 279. & seq. Raro hic dari possunt regulæ constantes; ◻ omnes enim encheireses ad naturam minerarum se referre debent; ◻ WALLERII nihilominus regulæ fatis generales sunt, & ubivis lo- ◻ cum habent.

∞ ( 40 ) ∞

res, vitrescentiores & fragiliores sunt. E contra- ◻ rio scoriæ ex minera rubra nigrescunt, tenaciores ◻ atque opacæ sunt. Metallum ipsum valde differens ◻ est ; refrigeratum enim ferrum ex minera alba tar- ◻ dius æruginem trahit, albidius in fractura, & splen-

descentius apparet. Dum malleo cuditur, clarius □ resonat illo ferro ex hæmatite extracto ; hoc enim □ statim ferruginosum fit , in fractura lividi est colo- □ ris, & sonum obscurum edit.

§. X.

Hoc metallum ita ex mineris fusum *crudum* di- □ citur; goosæ enim prismaticæ, ex mineris rubris □ ortæ, dicuntur ferrum *crudum* ; alterum vero me- □ tallum ex minera alba ortum (**die Stahlkuchen**) di- □ cuntur chalybs *crudus*. Ex priori, nimirum ex □ ferro crudo quibusdam in Siegenæ locis, *Siegæ*, □ *Marienbornæ* &c. varia utensilia œconomica paran- □ tur; sed de his alibi z). Jam meum est rimari no-

tas,

- 
- z) De fusione utensilium ex ferro crudo nil elegantius nec legi nec □ videri potest, quam icones & descriptiones Excellentiss. AUCTO- □ RUM de *l'Art des Forges & Fourneaux `a Fer* in Sect. III. Part. 4. □ pag. 75. Tab. X. XI. & seq.

∞ ( 41 ) ∞

tas, cujusnam naturæ ferrum *crudum* sit, cur non □ sit malleabile, cur adeo durum ; hæc enim differen- □ tiam specificam inter ferrum *crudum* & *cusum* con- □ stituunt. Hic non pontem asininum, substantiam □ quandam occultam in auxilium vocabo, ex qua □ omnia quidam explicare volunt : sed ex materiis sa- □ tis notis in mineris existentibus rem exponam. In □ mineris adest metallum ipsum , aut calx metallica; □ hæc differentia hic nil momenti trahit, sed præter- □ ea adest terra calciformis, quæ in fusione in vitrum □ abit. Quid fit in fusione? metallum gravius de- □ scendit, substantia levior supernatant; sed ferrum □ aliis metallis tenacius fluit, hinc particulæ scoria- □ cæ difficillime ascendere possunt, & per totam me- □ talli aggregationem dispersæ manent. Præterea fer- □ rum, stanno excepto, metallum levissimum, non □ adeo magno nisu, fundum petit. Itaque sine am- □ bage & magna opera hæc ferri crudi natura conci- □ pi potest; nimirum præter naturam

metallicam & □ vitræ indolis est. Cusio nunc breviter recensenda □ hanc meam sententiam adhuc ulterius firmabit : ad □ eandem itaque transgredior.

F

∞ ( 42 ) ∞

SCHOLION <sup>30</sup> AD §. IX. ET X.

*Differentia, quæ in mineris obtinet, in metallo quoque eadem esse □ videtur. Minera alba æque ac metallum ipsum terram purissimam, □ subtilissimam albam continet. Hæc terra & metallum lapidem effi- □ ciunt, qui durus, splendescens & albicans est; per ustulationem □ friabilis & ad fusionem aptior redditur; splendescentiam perdit, & □ calcem vivam aliquomodo refert, dum funditur, & metallum arcte □ cum terra illa pura & alba cohærens, principio inflammabili im- □ buitur; hæc terra tunc per ignem vitrificatorium in vitrum abit, □ quod in fusione sola nin a metallo separatur, præter id quod superfi- □ ciei metalli supernatat, itaque per totam usquequaque aggregationem □ metalli purissimi hoc vitrum purum retinetur; unde eæ qualitates □ oriuntur, quas in bis §§phis recensui. Substantia vitrea propriæ □ indolis est, & nondum satis cognita, in metallo ex minera alba or- □ to, magis naturæ vitri appropinquat, quam in altero metallo, quod □ ex minera bruna oritur; hæc substantia Gall. Laitier, Germ. Lecht, <sup>31</sup> □ dicitur. Nomen Latinum Scorixæ ei non competit; ferri*

<sup>30</sup> Scholion = erklärende Randbemerkung.

<sup>31</sup> Lech oder Stein: das durch Schmelzen hergestellte Einfach-Schwefeleisen oder auch ein Gemenge der Sulfide von Eisen, Kupfer, Blei usw.; Kupferstein, Bleistein usw. – Vgl. auch: Agricola, Georg: Zwölf Bücher vom Berg- und Hüttenwesen. In denen die Ämter, Instrumente, Maschinen und alle Dinge, die zum Berg- und Hüttenwesen gehören, nicht nur aufs deutlichste beschrieben, sondern auch durch Abbildungen ... aufs klarste vor Augen gestellt werden. Sowie sein Buch von den Lebewesen unter Tage. In neuer dt. Übers. bearb. v. Carl Schiffner. Berlin: VDI-Verlag 1928, XXXII, 564 S., hier heißt es im Buch 7, S. 188: „dieses Buch soll die Probiervverfahren beschreiben.“; S: 201: „Zur dritten Art gehören Schwefelkies, der aus Schwefelkies erschmolzene Stein 23, Soda,

*enim essen- □ tiale quid est. Vitreum Martis banc substantiam appellare licebit. □ Minera altera Hæmatites basi calcarea calce bruna martiali gaudet, □ non adeo durus nec splendescens, sed obscurus pulverulentus lapis □ est, ipsum metallum in fusione a-liquomodo tenax fluit. Vitrum te- □ nacissimum in ferri despumatione in fila facile ducitur, quasi resi- □ nosum quid monstrat, plane nullam pelluciditatem habet, & griseo □ nigricante colore gaudet. Cum hoc vitrum nunquam totum, sed □ solummodo ejusdem superabundantia in aggregatione harena, in cu- □ sionibus a metallo tollatur, & semper justa in proportione in metalli □ mitione & aggregatione remaneat; mihi probabile videtur, hoc □ vitrum non solum ad Martis essentiam pertinere, sed præterea diffe-*

∞ ( 43 ) ∞

*ventiam inter ferrum & chalybem constituere. Nunc differentia in- □ ter ferrum crudum & cusum facile perspicitur. Ferrum ipsum □ non fluit, sed ejusdem fluiditas a vitreo pendet, ideo ferrum cusum □ hac substantia magna ex parte privatum, ad summum usque igni- □ tum pastam refert; ferrum crudum vero hac substantia superflue præ □ ditum ab eandem fluiditate gaudet, ob eandem fragile & sonorum □ est. Ergo patet, ferrum crudum a cuso in eo differre, quod prius □ émajore quantitate Vitrei (Laitier) gaudeat.*

32

F 2

∞ ( 44 ) ∞<sup>33</sup>

Glasgallen [...]“; die Anm. lautet: „23) Unter ‚Stein‘ oder ‚Lech‘ versteht der Hüttenmann das durch Schmelzen hergestellte Einfach-Schwefeleisen (Rohstein) oder auch ein Gemenge der Sulfide von Eisen, Kupfer, Blei usw. (Kupferstein, Bleistein usw.)“

<sup>32</sup> Vignette: Phönix auf Säule unter kreisförmig gebogenen Zweigen, die in einer Krone münden; rechts und links vom Sockel aus geht je eine Fanfare (?) aus.



---

=====

SECTIO SECUNDA.

=====

FERRI ET CHALYBIS CRUDI CUSIO. a)

§. XI.

**F**errum crudum adhuc gaudet partibus hetero- geneis, quibus privari debet. Cum vero fer- rum nunquam iterum plane lique- fieri possit, & so- la fusione secundaria purificatio impossibilis sit, aliæ præterea requiruntur encheireses, quibus opus ad fi- nem perducatur ; & hoc fit in officinis malleato- riis. Videamus instrumenta; duo maximi momen- ti sunt, nimirum focus & mal- leus. Focus es qua- drangularis oblongus, & cavitas ejus verum refert parallelepipedum, cujus in latere altero longiori murus adest satis altus, qui in forma camini termi- natur. Altero foci latere adest planum, versus fo- cum aliquantisper descendens. Ipse focus duos pe-

---

a) Hac in Sectione solummodo maxime necessaria tradam ; Cusionem enim pro dignitate tractandi, in his pagellis impossibile est.

∞ ( 45 ) ∞

des longus, unum cum dimidio latus & profundus est. In latere anteriori in fundo est apertura, per quam scoriam emittuntur. Folles illis fusoriis multo minores pone murum declives positi, acrophysiis in *forma ventilatoria* terminantur b) ; hæc forma vero in muro ita collocatur, ut ventus in latus oppositum, sed aliquomodo oblique descendens, dirigatur. Malleus in circa tredecim centenarius ponere æquat, & ex ferro cuso conflates est, inter duas columnas mobilis, & ita constructus est, ut ab axi aqua circumacto, quatuor brachiis prædito sursum tollatur, justa vero distantia super malleum trabes est, in quam vehemen-

---

<sup>33</sup> Unter der Seitenziffer Schmucklinie. Initialbuchstabe F.

ter impingit: itaque ◻ duplici vi incudem ferit, ex propria nimirum gra- ◻ vitate, & es vi illa repercussionis.

F 3

- b)* Folles, qui in officinis cusoriis in usu sunt, circiter octo pedes ◻ longi sunt ; pars eorundem posterior , ubi a brachiis axis premun- ◻ tur, altius quam forma ventilatoria posita est, ita ut angulum in ◻ circa triginta gr. cum linea horizontali efficient. Eandem dire- ◻ ctionem forma ventilatoria fervat ; hæc præterea in circa decem ◻ pollices super fundem foci elevata est.

⌘ ( 46 ) ⌘

§. XII.

Cusionis opus sequenti modo perficitur : Goosa ◻ ferri crudi in planum illud, quod prope focum est, ◻ transportatur, ita ut una ejusdem extremitas foco ◻ immineat. Focus carbonibus ligneis repletur, ignis ◻ immittitur , & folles moventur : ferrum candescere ◻ incipit; heterogeneæ partes, sive scoriaceæ in ◻ aggregatione hærentes plane liquefiunt, metallum ◻ vero ipsum tenax fluidum evadere non potest; hinc ◻ substantiam mollem, sed non fluidam, ambo ferri ◻ crudi principia efficiunt. Frustatim ideo massa in ◻ carbones in foco contentos decedit , ibique in mo- ◻ lem concre- scit; itaque efficitur primo, ut ferrum ◻ suum phlogiston amittere nequeat, sed potius eo- ◻ dem adhuc ulterius imbuatur. Secundo, per ejus- ◻ modi ignitionem scoriam ex mole ferrea partim in fo- ◻ cum effluunt, & per aperturam anteriorem emit- ◻ tuntur, partim quoque, aquæ instar, per totam ◻ massam in aggregatione hærentes fluidæ conservan- ◻ tur. Ut hæc omnia vero adhuc ulterius meliusque ◻ perficiantur, moles ferrea, si satis magna est, sine ◻ carbonibus adhuc in foco per aliquod tempus reti-

⌘ ( 47 ) ⌘

netur, folles summe agitantur, loco carbonum ve- ◻ ro stomomate aliisque quisquiliis focus tegitur ; ita- ◻ que fit, ut ferrum aliquantisper refrigescere possit, ◻ ut cohæreat, eoque melius cudi possit.

Stomoma ◻ vero, quod superingeritur, scoriarum fluxum pro- ◻ movet. Follium agitatio summ ideo instituitur, ◻ ut venti ictus cavitationem magnam in molem ferre- ◻ am moliantur, scorias diffrent, ob illam vero ca- ◻ vitationem superficiem externam multo majorem red- ◻ dant, quo reliquæ scoriæ melius in cusione expelli ◻ possint. Nunc moles ferrea, quæ **Loppe** dicitur, ◻ forcipe magno stringitur, & malleo subjicitur; gra- ◻ vibus mallei ictibus omne fluidum vi maxima ex- ◻ primitur, & metallum iteratis ignitionibus in con- ◻ tos sive longurios magnos cuditur c).

### §. XIII.

Ut omnia, quæ dixi, clarius perspiciantur, de ◻ aggregationis metallorum notione adhuc differam.

c) Momenta in cusione observanda recenset WALLERIUS in Libro ◻ sæpe citato pag. 288. & seq. Methodi *Suecicæ & Gallicæ* cudendi in Operibus SWEDENBORGII & M. DE COURTIVRON reperiuntur; evolvantur hi Tractatus, satis prolixè rem enarrant.

### ∞ ( 48 ) ∞

Particulæ corpora constituentes, si plane omnes ◻ ejusdem naturæ & indolis sunt, id est, si elementa ◻ plane eadem sunt, una eademque ratione mixta, ◻ & eodem gradu inter se cohærent, tunc dicuntur ◻ corpora homogenea. Sic eadem particulæ constituentes, sive elementa physica ita intime mixta ◻ sunt, ut nulla vi hæc mixtio tolli possit, tunc perfecta homogenea sunt. Primo gradu homogeneitatis gaudent metalla imperfecta, omnes particulæ constituentes sibi invicem similis & æquales ◻ esse debent: sed quod uniuscujusque particulæ mix- ◻ tio ex terra metallica & principio inflammabili ad- ◻ eo facile destrui possit, est illa imperfectio, vi cuius metalla imperfecta dicenda sunt. Malleabilitas ◻ metallorum ab æquali gradu, & a tenaci cohæsione, id est, ab uniformi aggregatione particularum ◻ pendet: si in hac aggregatione vero alia substantia ◻ hæret, quæ in omnibus hisce qualitativibus a metallo ◻ differt, tunc malleatio impossibilis est, uti in ferro

▫ crudo videmus. Tollenda ergo est hæc substantia, ▫ hacque sublata, aggregatio sit uniformis, metallum ▫ fit malleabile, id est, metallum fit metallum, hæc ▫ vero omnia in ferro cusione obtinentur : duæ enim

hic

⌘ ( 49 ) ⌘

hic adsunt substantiæ, ferrum ipsum, in se aggregatione uniformi gaudens, *vitreum* & scoriæ, per ▫ totam hancce aggregationem dispersæ. Ferrum per ▫ ignitionem mollescit, scoria vero & *vitreum* lique- ▫ scunt *d*); particulæ ferri tenaciter cohærent, particulæ ▫ reliquarum substantiarum in minimo gradu solum- ▫ modo cohærent, ictibus mallei particulæ ferreæ ar- ▫ cte comprimuntur, particulæ vero scoriarum liqui- ▫ darum ob minimam cohæSIONem expelluntur : ergo ▫ sæpius igniando & cudendo, aggregatio ferri deter- ▫ minatur, uniformis fit, metallum malleabile red- ▫ ditur, & omnibus heterogeneis privatur.

#### §. XIV.

Ea quæ hactenus dixi, generaliora sunt, & duo-

G

*d*) Ne mihi contradicere videar, res distinctius exponenda est; si in ▫ fusione de scoriis loquor, tunc per eas intelligo omnia, quæ non ▫ sunt ipsum metallum, & summo jure heterogenea sunt dicenda. ▫ In scoriis vero ipsis explicandum est, ex quibus partibus consi- ▫ stant. *Vitreum* enim superfluum, terra carbonum, substantiæ ▫ lapideæ mineris inhærentes &c. scoriam efficiunt. Ceterum ne- ▫ mo negabit, quin *Vitreum* (*Laitier*) ferro propius, & de ejusdem ▫ natura participans, (partim saltem,) eidem semper adhæreat, & ▫ forsân hoc sublato, ipsa textura metalli tolleretur.

⌘ ( 50 ) ⌘

bus illis Minerarum Nassovicarum generibus com- petunt. Præcipue *minera alba* plane iisdem circum- stantiis ustulatur & funditur. Quod enim loco for- ma prismatica in formam planam fundatur, nihil in natura metalli mutat. In cusione æque ac alte- rum ferri genus tractatur : nisi quod omnia instru- menta sint minora , & quod quædam encheireses obtineant, quæ æque nihil in natura metalli muta- re possunt. Conti ex hac minera orti, quoque mi- nores sunt, & dum adhuc candescunt, repente in aqua extinguuntur, hoc fit ideo, ut chalybis indo- les explorari possit. Chalybi ita extincto malleo quodam unus solummodo ic- tus infligitur, si vitri instar frangitur, bonæ indolis esse cognos- citur, & separatim seponitur, si non frangitur, signum medio- cris est chalybis ; prior species dicitur **fein Stahl**, posterior vero species dicitur **Mittel-Kür**; hic chalybs ex *minera alba*, una ea- demque metho- do, uti ferrum ex *hæmatite basi calcarea* educta, cha- lybs nativus revera dici potest. De iis laboribus, quibus ferrum & chalybs adhuc ulterius tractan- tur, in hoc specimine nihil dicam ; in Opere pro-

∞ ( 51 ) ∞

misso omnia pro dignitate tradam ; ibi methodum ferrum ose- mund parandi, methodum fila ferrea trahendi, chalybem raffi- nandi &c. prolixè, me- thodice & metallurgice proponam, jam mihi suffi- cit principaliora indicasse, quæ viam ad magis ar- dua sternere possunt. Quæ sequuntur Corollaria, <sup>34</sup> ex propria experientia & hac opella deducta, spe- cimine meo finem impo- nent.

=====

Corollaria.

I. Cum *minera alba* sine ullo additamento, sola in carbo- nibus, sub iisdem circumstantiis, uti & *hæ matites basi calcarea*, fusa, metallum largiatur, quod solummodo in carbonibus iterum fusum verus est chalybs : patet, *mineram albam* veram chalybi esse mineram.

<sup>34</sup> Erläuternde Zusätze, Folgesätze.

II. Datur ergo chalybis naturalis.

III. Chalybs naturalis nunquam in ferrum abit; ◻ iterata quidem ignitione duritiem perdit, sed nunquam ferri naturalem tenacitatem acquirit; friabilis ◻ **spröde** enim redditur.

∞ ( 52 ) ∞

IV. Hic chalybs naturalis ignites, sola in aqua ◻ extinctione iterum optimus fit chalybs.

V. Chalybs naturalis æruginem multo subtiliore rem quam ferrum trahit, hinc quoque subtiliore gaudet terra.

VI. Chalybs naturalis gaudet quadam differentia ◻ a ferro, hæc vero in mixtione, non in aggregatione hæret; hac differentia non obstante, metalla ◻ sunt cognata.

VII. Differentia inter ferrum & chalybem naturalem, a natura, non ab arte pendet.

VIII. Ferrum chalybi assimilari potest, hoc fit ◻ ope principii inflammabilis, & salinæ cujusdam substantiæ; ejusmodi vero chalybs artificialis, has ◻ substantias non in mixtionem, sed in aggregationem recipit.

IX. Chalybs artificialis, iterates ignitionibus, ◻ iterum in verum ferrum abit.

X. Ferrum Siegenense licet omnium optimum, ◻ nunquam per cæmentationem in chalybem mutari potest.

XI. Chalybs artificialis, nunquam veram indolem chalybis naturalis acquirit.

Ἀμαστάνει καὶ σοῦχ σῶτεδοξζος.

**Register** (vorläufig)**Personenverzeichnis**

Agricola, Georg.....	39
Alberti, Michael .....	15
Becher, Johann Joachim.....	14
Blumhof, Johann Georg Ludolph.....	3
Bouchu, Etienne-Jean.....	21
Brückel, Ortwin.....	12
Brünnich, Morton Thrane ....	15
Courtivron, Gaspard de .....	21
Cronstedt, Axel Frederik (Friedrich) Freiherr von .....	15
Dufay .....	<i>Siehe</i> Fay
Fay, Charles François de Cister- nay du .....	30
Gierer, Alfred .....	24
Haller, Albert .....	<i>Siehe</i> Haller, Albrecht von
Haller, Albrecht von.....	16
Jung, Elise .....	7
Karl IV. Philipp Theodor .....	4
Karl Theodor .....	5

Karsten, Dietrich Ludwig Gu- stav.....	20
Lamey, Andreas.....	5
Lech.....	39
Lehmann, Johann Gottlob ....	13
Leonhardi, Johann Gottfried...3	
Macquer, Peter Joseph.....	3
Mangold, Christian Andreas..22	
Peirouse .....	<i>Siehe</i> Picot de Lapeyrouse
Picot de Lapeyrouse, Philipp I. .....	19
Réaumur, René Antoine Fer- chault de.....	30
Spielmann, Jakob Reinbold ..25	
Stahl, Georg Ernst .....	15, 24
Swedenborg, Emanuel von ...21	
Waller, Johann Gottschalk....22	
Weigel, Christian Ehrenfried 22	
Werner, Abraham Gottlob .... 15	
Wiedemann, Gregor .....	15

**Sachverzeichnis**

Backöfen .....	35	Pietisten .....	24
chalybs .....	11	Probiervverfahren .....	39
Cl.....	13	Rösten.....	19
D. D. D.....	5	S. R. I.....	4
Eisen.....	30	Schiffner, Carl .....	39
Gosen .....	35	Scholion.....	39
Hüttentag.....	3	Schwefeleisen .....	39
Krankheit.....	24	Schwefelkies.....	39
Mars .....	3	Stahl.....	11, 30
Medikamente.....	24	tyère, la .....	34

### Ortsverzeichnis

Brandenburg.....	35	Müsen .....	12
Mannheim .....	5	Straßburg .....	7

### Verzeichnis der Bibelstellen

Weish 8, 17 .....	10
-------------------	----

### Verzeichnis der genannte Werke Jung-Stillings

1805-10-08.....	7	Geschichte des Nassau=Sie-	
		genschen Eisen= und Stahl-	
		gewerbes .....	19

### Verzeichnis der von Jung-Stilling benutzten Literatur

Becher, Johann Joachim	
------------------------	--



Experimentum novum de  
Minera ..... 14

Becher, Johann Joachim

Experimentum novum ac  
curiosum de minera  
arenaria perpetua ..... 14

Blumhof, Johann Georg Lu-

dolph

Versuch einer Encyclopädie  
der Eisenhüttenkunde ... 3

Courtivron, Gaspard de

Art des forges et fourneaux à  
fer ..... 21

Cronstedt, Axel Frederik

Versuch einer neuen Minera-  
logie ..... 15

Descriptions des arts et métiers

..... 21

Fay, Charles François de Cister-

nay du

Anmerckungen über ver-  
schiedene mit dem Ma-  
gnet angestellte Versuche  
..... 30

Haller, Albrecht von

Elementa Physiologiae Cor-  
poris Humani..... 16

Lehmann, Johann Gottlob

Abhandlung von den Metall-  
Müttern..... 13

Macquer, Peter Joseph

Chymisches Wörterbuch oder  
Allgemeine Begriffe der  
Chymie..... 3

Réaumur, René Antoine Fer-

chault de

L' Art de convertir le fer ... 30

Spielmann, Jakob Reinbold

Institutiones chemiae ..... 25

Stahl, Georg Ernst

de salibus metallicis ..... 24

Zymotechnia fundamentalis  
oder allgemeine Grund-  
Erkenntniß der Gährungs-  
Kunst..... 15

Swedenborg, Emanuel

Regnum subterraneum ..... 21

Traité du fer ..... 21

Waller, Johann Gottschalk

Anfangsgründe der Metallur-  
gie ..... 22

Elementa Metallurgiae..... 22

## Verzeichnis der benutzten Literatur

Agricola, Georg

Zwölf Bücher vom Berg- und  
Hüttenwesen ..... 40

Allgemeine Literatur-Zeitung

1799 ..... 5

Brückel, Ortwin

Die Grube Stahlberg und die Familie Jung .....	12	ten in der Grafschaft Foix .....	19
EDITION SCHWINGE .....	6, 7	SCHWINGE: Lit .....	14, 25
KRIEGER: Lamey .....	6	Siegerland. Blätter des Sieger- länder Heimat- und	
Picot de Lapeyrouse, Philippe I. Abhandlung über die Eisen- bergwerke und Eisenhüt-		Geschichtsvereins .....	12
		Stein.....	40

### Zur Textgestaltung

- Zeilenwechsel
- Muter<sup>o</sup> Druckfehler des Originals; statt Mutter
- Sied= Trennung im Original (z. B. Sied= ▫ lung)
- Sied- Trennung durch die Herausgeber (z. B. Sied- / lung)
- ä, ö, ü im Text findet sich durchgehend ein übergeschriebenes e  
über dem Vokal
- Text normaler Text des jeweiligen Heftes (Fraktur)
- ad notam* Antiqua innerhalb des Fraktur-Textes
- oder von größere Schrifttype (Fraktur)
- Panax* Antiqua in Fraktur und größere Schrifttype.
- - - = - - - englische Linie
- Speise verdauen Spationierung im Text

Möge diese Edition, zu der ein Registerband geplant ist, dazu dienen, weitere Forschungsergebnisse hervorzubringen!

Erich Mertens

O. A. M. D. G.